



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Nervi Sine Mole: h. e. Controversiarvm Roberti Bellarmini
S. Rom. Ecclesiae Cardinalis Eminentissimi Compendium,
à cavillis & imposturis Guilielmi Amesij ... Vindicatum**

Erbermann, Veit

Heripoli, 1661

Cap. IX. De Operum Iustificatione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9498

rectè à Bellarmino ostensum esse propter tres rationes, eum locum nihil ad rem pertinere, annuente etiam Lutherò ac Calvinò.

IV. De eo quod oramus quotidiè, Sanctificatus nomen tuum: Fiat voluntas tua: Dimitte nobis debita nostra: infertur à Lutherò, nos omnes in omni opere peccare, quia non petimus quod non habemus. Amesius hoc argumentum valde mutilavit, & aliquid reponere conatus est ad rem non faciens. Resp. 1. Retorqueri in adversarios rectissimè potest. Nam Christus non docuit nos petere, quæ nunquam impetraturi essemus; immò promisit nos accepturos quod peteremus. Resp. 2. Potest omnino peti aliquid etiam quod jam habemus, nempe ejus conservatio & incrementum. Resp. 3. Non pro omni opere nostro / pro multis enim gratias agimus, non veniam petimus / sed pro venialibus delictis, quæ bonis operibus miscentur, dicimus, Dimitte nobis debita nostra. Amesius. Hoc idem est quod nos dicimus, si removeatur vox illa plena mortalis præsumptionis, venialibus. Resp. Splendidè hic primò mentiri Amesium, constat ex dictis Lutheri, Calvini, Melanchthonis, qui mortale pecc. afferunt in omni bono opere. Deinde veniales aliquas culpas dicere, plenum non est mortalis præsumptionis, sed negare est hæreticæ impietatis, ut constat ex Concil. Millevit, can. 6. 7. & 8. & S. August. qui eos nomine totius Concilii composuit, &c. Videatur lib. 2. cap. 1. suprà.

CAPVT NONVM.

De Operum Iustificatione.

Assertio Catholica est, Operibus bonis hominem justum magis justificari, quod i. probatur efficitur ex Iac. 2. 21, ubi clarè dicitur: Abraham nónne

ex operibus iustificatus est? Insulse & iniquè Calvinus cum suis hoc detorquet ad declarationem tantum seu signa & indicia justitiae. At oppositum evincit exemplo Abrahami & Rahab, dum expressis verbis affirmat Apostolus, immolatione filii sui justificatum Abrahamum, & Rahab protectione exploratorum Iosue, perinde atque Fide (etiam ex Luther-Calvinicorum sententia) justificamur, nempe non concomitanter tantum, & per modum signi, sed causativè & meritorie. Nec contradicit Iacobo Paulus, ut docet S. Aug. in Ps. 31. & lib. 83. quæst. 76. cùm dicit unus, iustificari hominem pér fidem sine operibus; & alius dicit, inanem esse fidem sine operibus; quia ille dicit de operibus quæ fidem præcedunt; iste de fide, quæ fidem sequuntur; sicut etiam ipse Paulus multis locis ostendit. Sed Amesius convitiando & calumniando facile se h̄ic expedit, dicens: Huiusmodi sophismata tām ridiculē contexta in ludibrium Scripturæ, repetitione & detestatione satis refutantur. Deinceps prodiuit aliam conciliationem, Cajetanicis è commentis (suprà semel pro semper repudiatis tanquam excentricis:) quin & in ultima editione Batavica allegat Vafq. in 1. Disp. 89. cap. 8. ubi, inquit Amesius, videtur gravi censura quasi notare Bellarminum, quod hunc in modum Iacobum à Paulo disjunctis pér distinctionem prima & secunda iustificationis &c. Sed Vafq. eam inter Catholicos diversam conciliandi rationem duos Apostolos, nulla censura notat in 1. 2. Disp. 210. cap. 8 (mendosè enim in Amesio allegatur) utpote in read fidem non pertinente, sed probabilem Scripturæ interpretationem concernente, suo more varias opiniones Theologorum discéptat, suāmquē exponit & cæteris præfert. Ut ergo tota h̄ic apparet inter Apostolos antilogia pariter concilietur, & effugia hæreticorum præcludantur, b̄reviter dicendum cum Bell. h̄ic, Peratio in c. 4. R̄m. & Tannero n. 187. *Apostolum ad probandum*

dum quod ni
& Gratia C
Pauli) argui
braham, et si i
operibus, fac
minus peccat
gratia poterunt
probat Aposto
dem de Abrat
um iustitiae p
ex gratia; se
re ipsa non nun
aut facere pot
cit. cap. Rom.
in tota ea (uti
ribus, opponit
idem q̄ est iusti
tura, seu Leg.
quidem in raa
dicitur, nos n
prima iustifica
git) sive de se
mam veluti à
quæ dissipan
batur

II. Ex Ec
veteris usq; ad;
ratio: quia m
suis h̄ic trans
vini esse futile
ri iustificari u
Quodlibet i

III. R
iustitia in san
agitur de
Romanis sup
augmento.

dum quod nullus iustificetur a peccatis per opera sine Fide & Gratia Christi facta (quod erat principale intentum Pauli) argumentari a minori ad maius hoc modo: Si Abraham, et si iam antea iustificatus, non tamen ex eiusmodi operibus, facta accessione iustitiae, iustificatus est; multo minus peccatores ita iustificari per acquisitionem primae gratiae poterunt. Sed prius est verum, ut ibid. ex Gen. 15. probat Apostolus. Ergo &c. Itaq; loquitur Apostolus quidem de Abraham iam iustificato, eumq; negat augmentum iustitiae per opera acquisitionis; sed non agit de operibus ex gratia; sed de operibus sine gratia Christi factis quae aut ipsa non solum quam fecit Abraham peccando venialiter, aut facere potuit. Unde sub conditione loquitur Apostolus cit. cap. Rom. Si Abraham ex operibus &c. Evidem in tota ea (uti etiam ad Galatas) epistola, iustificari ex operibus, opponit iustificationi per fidem & gratiam Christi; idemq; est iustificari per meretum operum, ex viribus natura, seu Legis sine gratia factorum, adeoq; nullo modo ne quidem in radice gratia iustificari. Quo sensu verissime dicitur, nos non ex operibus iustificari, sive loquamur de prima iustificatione (de qua Apostolus alioqui ex instituto agit) sive de secunda, a qua exemplo Abrahams ad priam veluti a minori ad maius argumentatur &c. Per quae dissipantur facile Amesianæ officiæ. Probatur.

II. Ex Eccl. 18. Non impediaris orare semper, & ne veteris usq; ad mortem iustificari, additurque aptissima ratio: quia merces Domini manet in aeternum. Amesius huc transiliit, taciteque agnovit evasionem Calvini esse futilem, qua voluit legendum esse, ne differi iustificari usq; ad mortem. Nempe iuxta dictum Quodlibetica!

III. Rom. 6. Exhibete membra vestra servire iustitiae in sanctificationem; ubi sine dubio non agitur de prima sanctificatione, quam in Romanis supponebat Apostolus, sed de ejus augmentatione. Amesius non habet quod opponat prater

254 Tomi IV. Lib. VI. De Iustificatione.
præter suam hærefin de Iustitia extrinsecè imputata, quam excussumus jam suprà cap. I.

IV. 2. Cor. 7. Emundemus nos ab omni inquinamento carnis & spiritus, perficientes sanctificationem in timore Domini: ubi docet Apostolus per mentis & corporis puritatem proficiendum esse quotidie ad maiorem justitiam & sanctificationem. Est sane hoc et maximè ad rhombum, licet non ad rhombum impatioris Luthero-Calvinicæ.

V. 2. Cor. 9. Augebit incrementa frugum iustitia nostra, additque opportunè Apostolus ex Ps. III. Dispergit dedit pauperibus: iustitia eius manet in secula seculi. Sciscitur Amesius: Ergo iustificant elemosyna? Resp. Quidnisi fiant, ut oportet, ex affectu Caritatis?

VI. Ioa. 14. 23. Qui diligit me, sermonem meum servabit, & Pater meus diligit eum. Hæc noya dilectio post impleta mandata, quid est nisi dilectionis, at ita iustitiae augmentum? Amesius, Est complacentia & delectatio in benedicendo, & beneficiando piis. Resp. Hæc glossa Quodlibetica nec tantillum lædit argumentum.

VII. Apoc. ult. Qui sordidus est, sordescat adhuc; & qui iustus est, iustificetur adhuc. At qui magis sordescunt, per mala opera & nova peccata sordescunt. Igitur & qui magis justificantur, per bona opera & novam obedientiam justificantur. Amesius confudit ad declarationem iustitiae Calvinicam.

Sed hæc est violentia Quodlibetica!

¶ [o] ¶



LIBER

LIB

M

CAP

Qu. I. An
rita? P

D

DE O remune
agnoscat & fa
vocabulis mer
invehitur, ut d
Calvinicæ) sine
tribuit. Nimiru
posse ad proba
num, & ad i
quā si opera
cantur.

Et ita qu
ope sua Quo
quos sibi conc
num vi. persuad
merere dictum f